

## I. VERSION LATINE

### La maison de Philémon et Baucis

*Lors d'un banquet, un convive raconte comment les dieux Jupiter et Mercure reçurent l'hospitalité d'un couple de vieillards.*

Tiliae contermina quercus 1  
collibus est Phrygiis modico circumdata muro ;  
ipse locum uidi ; nam me Pelopeia Pittheus  
misit in arua suo quondam regnata parenti.  
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim, 5  
nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.  
Iuppiter huc specie mortali cumque parente  
uenit Atlantiades positis caducifer alis.  
Mille domos adiere locum requiemque petentes,  
mille domos clausere serae. Tamen una recepit, 10  
parua quidem, stipulis et canna tecta palustri ;  
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon  
illa<sup>1</sup> sunt annis iuncti iuuenalibus, illa  
consenuere casa paupertatemque fatendo  
effecere leuem nec iniqua mente ferendo. 15  
Nec refert dominos illic famulosne requiras<sup>2</sup> :  
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.  
Ergo ubi caelicolae paruos tetigere penates  
summissoque humiles intrarunt uertice postes,  
membra senex posito iussit releuare sedili, 20  
quo super iniecit textum rude sedula Baucis  
inque foco tepidum cinerem dimouit et ignes  
suscitat hesternos foliisque et cortice sicco  
nutrit et ad flammam anima producit anili [...].

Ovide, *Métamorphoses*

#### Notes :

- 1) *illa* : comprendre *illa casa*.
- 2) traduction du v. 16 : « Inutile de chercher là des maîtres et des serviteurs ».

## II. THEME LATIN

De toutes les passions, celle qui est la plus inconnue à nous-mêmes, c'est la paresse ; elle est la plus ardente et la plus maligne de toutes, quoique sa violence soit insensible, et que les dommages qu'elle cause soient très cachés ; si nous considérons attentivement son pouvoir, nous verrons qu'elle se rend en toutes rencontres maîtresse de nos sentiments, de nos intérêts et de nos plaisirs [...].

La Rochefoucauld, *Maximes et Réflexions diverses*